




TERRAPEVTICA
CLAVDII GALENI
VENETIIS MDXXXVIII








Sotheby 13/1/19. Lot 1207 £1.18.0



George Charles Bright, M.D.



Terrapeutica CLAUDII GALENI PERGAMENI METHODUS MEdẽdi, ideſt, de morbis curãdis, Lib[illegible] quatuor decim, Thoma Linacro An[illegible] Interprete,

Poſt ultimam Gallicam Impreſſionem denuo a uiro bene docto exactiſſima diligentia recogniti, cunctiſq; mẽdis & erroribus expurgati, Reintegrato iterum ampliſſimo Indice, qui omnia queq; cognitu digna, alphabetice demonſtrat.



M.D.XXXVIII.

Nicolao massæ, artium & medicinæ doctori, medi-
corumque Venetijs habitantiũ collegæ, Lucas Pa-
netius Canonicus Olchinensis Fœlicitatem.



Astigationes bis mille duc-
centas uiginti quinque in Ga-
leni methodũ medẽdi, quas
Anglus ĩterpres græce & la-
tine eruditissimus, paulo an
te quã naturæ ɔcederet, ac
curatissime recognouit, nr̃is
decussas typis tuo noĩe in lu-
ce emittere constitui, Nicolae vñcũque doctissime.
Nã mediusfidius qd ɔueniẽtius q̃ optima quæque
& hũano gñi ꝓfutura, sub optĩ uiri noĩe, & eius
q sp amicis ꝓdesse studeat, publicare? Galeni ete
ni opus de morbis curãdis, sic utile esse cẽseo, ut
nesciã, an alius q̃spiã ex medicinę libris miseris
mortalibus tm̃ ɔferre queat. qd ꝟo egerĩ q̃tũ in-
sudaueri, tot ĩ Galenũ recognitiões, nuꝑ ab Lina
cro ex Britãnia ĩ Italiã trãsmissas, locis ꝓprijs ac
cõmodare, ipsasque ab ĩpressoꝝ iniuria ulcisci, tuũ
acre regro iudiciũ. ĩsuꝑ id qd̃ añ oĩa ɔducibilius
est, alphabeticũ ĩdicẽ reformaui, q ad oĩa, q̃ in to
to uolumĩe ɔtinẽt archana, ita lectorẽ manu du
cit, ut q̄ multaꝝ horaꝝ spatio uix mẽdicare pos
set, id unius oculi ictu sua sponte occurrat. Hæc

git oĩa q̃ ualacũq; sint, Nicolae doctissime, in tuo
oie ędita, tibi munere mitto, q̃a tibi ꝓp altissimũ
ngenij acumẽ, summã tam in physicis doctrinã
in medicinalibus experiẽtiam, quibus sæpius
n cubiculo meo tecum sedens, expertus sum te
sse præditũ, sum amicissimus. Quis aũt, o bone
eus, recentiorum scriptorum subtilius de pesti
ẽti morbo gallico q̃ tu disputauit. qui elimina
is omnium doctoꝝ erroribus ita accidentia, si
na, cãs, saluberrima remedia in ꝓpatulo addu
isti, ut nihil amplius excogitari possit. Testatur
legantissimum opus tuum, quod nunc sub incu
e extat, & ꝓpediẽ in lucẽ emerget. Testat tota
enetiaꝝ ciuitas, q̃ cõplures, in oĩ morboꝝ gñe
te a morte liberatos in dies clamat & p̃dicat:
Omitto comitatẽ, affabilitatẽ, prudentiã, innocẽ
issimos mores tuos: Prætereo maioꝝ tuoꝝ ꝓsa
iã, i venetos patritios ꝓpagatã, ex q̃ ĩfiniti p̃stã
issimi uiri ꝓdire, inter quos Nicoletus philoso
hus: famigeratus p̃ceptor me', q̃ supra qnqua
ita annos, Patauinæ accademiæ primã philoso
hię cathedrã rexit, & alia multa tuoꝝ ĩsignia, q̃
ongũ eẽt enumerare. Tu ꝟo mi Nicolae, Galenũ
ic recẽs castigatũ, ut soles oẽs doctos, liberali a
imo amplectere, quẽ si tibi placuisse cognoue
o, alia multa ꝓbitati tuæ destiare parabo. Vale.

OMnigenos Pæan ſuetũ te pellere morbos
In latio, & Diti ſubtrahere arte animas.
Deſidem ubi & bardum uidit facunde Galene,
Poſt habitumq; alijs, quos memorare piget,
Dixit proſpiciens populis Age myſta Linacre
Redde uirũ ingratis qualibet Auſonijs.
Tã ſibi quã pauis, q dogmata priſca relinquũ
Thriciſq; inuoluunt ingenia, & tenebris.
Hæc deus, at Thaumas afflatus numine talem
Te uertit, qualem Græcia cultu tulit.

Gulielmus Budæus Thomæ
Luſpeto Anglo.
S.D.



Vos mihi libros therapeutico
crediderasLuſpete doctiſſime
eos ad te remitto, tumultuaria q
dem lectione & ſubſultim, non
etiam perfunctoria, & oſcitante
euolutos. Volui enim eorum le
ctione, non modo tibi operam, ſed etiam mih
nauare, tametſi cum id primum facere inſiſter
altius omnino nihil animo agitabam, quam u
paucorum dierum officio ſatisfacerem petition
tuæ, ſimul ut eadem opera aduentitiorum uolu
minum contrectatione animum meum oblect

m negociis cōfectum. Solet enim (ut nosti) no
ræ sortis hominibus īcessere cupido haud illi
ralis, de unoquoq; opere litterario æstimatio-
em factitandi, ut quispiam studiosorum in me
um protulit aliquod ingenij sui specimen, ita
natura ferente, ut sui q́sq; ingenij, atq; indu-
riæ modum ꝯtendere cum aliorum gaudeat
uo certius ꝑpendat q́d præstare eadē in re pos
t. Verꝝ cū idipsum hoium more facerē humani
is quoq; mihi obrepsit (ut ingenue in sinu tuo
quar) certādi quoq; libido, cum eoꝝ librorum
terprete Linacro, tametsi eum summa esse eru
tione præditum non nescius iamdiu forem. Ita
; pauca quædam loca ad Momi lucernam inspe
a, & animaduersione (prope dixerim) delatoria
bseruata, cum primore specie se mihi non pro
assent, cum græco statim exemplari collata, par
im mutare, partim noua facere deintegro cona
us, ut nihil aut parum promouere me sensi, cri
inationem illam meam potius fuisse iudicaui
mulæ cōtentionis ab ingenua ipsam, & studio
alacritate manatis, quam iustam æquamq; re
ræhēsionem, id utrum in culpam inertiæ, & im
eritiæ uertere mihi debeam, an in operis laudē
xacte absoluti, aliorum esse iudicium malo q̄ñ
uidem nōdum me eum censendi locum in do

ctorum concilio adeptum esse arbitror, ut opti-
mus quisq;, & existimatissimus trãsire in senten-
ciã meam debeat, antequam rẽ ipsam ad manu
aspexerit. Hactenus tamen in medium ferre sen-
tentiam non dubitarim si oia similia sunt iis qu
legi, Galenum nobis elegãti, & exquisito sermo
ne latinum esse factum, ut iã Britãniæ decus hoc
futurum sit, quod olim pergamum in asia illu-
strauit. Quo in opere animaduerti Linacrũ mul
to plus tribuisse priscæ scribẽdi uertẽdiq; seueri
tati, q̃ nr̃i tpis indulsisse licẽtiæ lasciuiẽti. Hec ad
te scripsi uir amice in instr̃i uiatorij apparatu co
emptuq; occupatus, iisq; rebus ꝯstituẽdis, q̃ ad ĩ
stantẽ mihi pegre ꝓfectionẽ ꝑtinebãt, pene iam
ut accinctus mihi esse uiderer, cum ineũdæ uiæ di
es nõ ex alieno arbitrio pẽderet alioqui rarus do
mi & iã cursitator circultorq; factus inuito meo
genio, & obluctante mihi. Sed fortuna (ut arbi-
tror) ante mihi fere iniqua nunc etiam ludos si-
bi, nostratibusq; hominibus factitare in me exer
cendo ꝯstituit, quæ negocioso genere cõmercij
cum iis me hominibus committit, qui non tam
salutationum & uenerationis honore, quam po
stulatorum ærumnis gaudent, quas cum sum-
ma oblectatione spectant, Vale.

IN GALENI PERGAMENI ME-
thodi, medendi idest, de morbis curãdis In
dex locupletissimus. quicquid in ea sci-
tu ac notatu dignum uidebatur,
complectens, qui triplici
numero inscribitur.
Primus, cartam.
secũdus, fa-
ciẽ. terti
us ꝟo,
lineam denotat.

cule.

Calidæ

E

F

tio

O

D

Tussis

F

FINIS.

ℭ GALENI METHODVS MEDENDI VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO INTERPRETE LIBER PRIMVS.



VM ET TV sæpe alias cariſſime Hiero, & alij quidem amici me nunc hortent: ut ſibi medendi methodū conſcribam ego ſane tametſi tū uobis in primis gratificari, tū ꝓpter poſteros nō nihil pro uirib' iuuare ſtudēs ſemꝑ tñ fateor cunctabar, ac diſtuli multis de cauſis, q̃s nūc quoqꝫ ꝑcōmode dicturus uideor, priuſq̃ id quod petitis aggrediar. Sūt eni ad ea q̃ poſt dicent, ſane nō iutiles. Eaꝝ igit oium

illa pͥcipua fuit, q̄ frustra me scriptũ timebã. Cum nemo ꝓpe dixerim, hac nr̃a ætate ꝟitatis inq̃sitioni sit deditus sed pecuniã, & ciuilẽ potentiã, & inex plebiles uoluptatũ delitias, oẽs eousq̃ suspiciãt, ut siqs sapiẽtiæ quoduis stu diũ sectet, pro isano hũc habeãt. quip pe q primã ipsam, & uere sapientiam q̃ diuinarũ humanarũq; rerũ est sciẽtia: ne esse qdẽ oĩno existimẽt. Medicinã. Geometriã: Rethoricẽ, Arithmeticẽ: Musicẽ: ac reliquas id genus artes: eẽ qdẽ autument, cæterũ ad finem earũ stu dio ꝯtendendũ minime cẽseant. Me ue ro ex his q me unice diligere sunt ui= si, nonnulli sæpe increpãt, quasi plus iusto ueritatis studio ipendam, quasi q; nec mihi ipsi usui, nec ipsis in tota uia sim futurus, ni si & ab hoc tãto ue ritatis idagandæ studio desistã, & ma= ne salutando circũeam, & uespi apud potentes cenẽ. His enim artibus tum amari, tũ accersitũ uero ꝓ artificibus haberi nequaq̃ ex iis q̃ in ꝓpria pro= fessione sint consecuti. Neq; enim esse qui de ea iudicent, ubi oẽs totũ diem

diuersis studiis transigant. Mane qui
dē oēs salutatiōibus publice occupa
ti, mox in alia munia distracti. Vtique
ad forū, & lites non exigua turba, ad
saltationes, & aurigas alia maior. Iam
uel aleæ, uel amoribus uel balneis, uel
ebrietati, uel cōmessationi, uel demū
alicui corpis uoluptati dedit', sane nō
exiguus nūerus. Vespi vero rursū oēs
ad simposia publice collecti. Vbi post
q̄ uino se ipleuere, nō lyra, citharaue,
aut aliud musicū instrm circunfertur
quod sicut olim in eiusmodi congres
su tetigisse honestū, sic contra nō con
trectasse admodū erat turpe. Sed nec
sermōes ulli habentur, quales in sim
posiis agitari solere ueteres ꝓdiderūt
nec aliud honestū qcq̄. Imo inuicē si
bi ꝓpināt, & de magnitudine poculo
rū certant, utpote iter quos optimus
censet nō q plurimis instrīs musicis,
aut ēt sermone philosophico uti no
uit, sed q multos, eosq; maximos cali
ces ex siccau t adeo mihi māe etiānū
ebrij uident ex his pleriq̄. Nōnulli vero
etiam tam plane uinum olere, q̄ si mo

do hausissent. Eoq̃ fit, ut quoties ægrotare cœperint, medicos aduocẽt, non q̃dem optimos, utpote quos p̃ sanitatẽ noscere nunq̃ studuerunt, sed eos quos maxīe familiares habent, quiq; ipsis maxime adulantur. Qui & frigidã dabunt, si hanc poscẽt, & lauabũt cum iusserint, & niuem uinumq; porrigẽt. Postremo quicquid iubebitur, mancipiorũ ritu efficient. Contra plane q̃ ueteres illi medici ab æsculapio oriũdi, qui tanq̃ duces militibus, & reges subditis, impare ægris uoluerũt. Nequaq̃ uero Getarũ, & Tibiorum: & Phrygum: & Tharcum empiricorũ ritu parere, atq; obsequi. Itaq; his nõ qui melius artem callet, sed qui adulari aptius nouit, magis in precio est. Huicq̃ plana omnia peruiaque sunt, huic ædium fores patent: hic breui efficitur diues, plurimumq̃ potest huic discipuli formosi a cubiculis, ubi iam fuerint exoleti; tradũtur. Atque hoc Thessalus ille cum animaduertit: nõ solum in alijs romæ diuitibus assentabatur: sed etiam artem tradere sex

mensibus se ꝑmittens, complures discipulos breui comparauit. Si enim neq; geometriæ: neq; astronomiæ: neque dialetices, neq; Musices, nec ulliꝰ deniq; bonaꝝ disciplinaꝝ idigent, qui medici sunt futuri, quēadmodū Thessalus iste ꝑmittit, nec etiā longā experientiā, & operum artis usum desyderant, cui non promptum sit artem aggredi, ceu facile medico futuro? Atque hinc adeo fit ut etiam sutores, & tinctores, & fabri tum materiarij, tum ferrarij proprio magisterio relicto, in medicinæ artis munera insiliant.

Nam qui pictoribus, & unguentarijs mixturas suas præparant, etiam de primo loco certant. Atque ob hæc ipse medendi methodum scribere sum cunctatus. Quam utique & uiri ueteres inceperunt, & posteri eorum perficere sunt conati: Atque olim quidem non parua lis erat, eorum qui in Co atq; Cnido habitabant, utri uidelicet inuentorum multitudine reliquos superarēt. Quippe geminū hoc genus Asclepiadarum adhuc in Asia

ſupererat: deficiente nimirũ quod in Rhodo uiguerat. Certabant cum his honeſtum illud certamẽ quod Heſio: dus prædicabat: etiã medici qui italiã incolebant Philiſtion. Empedocles: Pauſanias: & horũ ſectatores erantq̃ tres hæc certantium inter ſe nobiliũ medicorum ſcholę. Plurimos ergo at que optimos diſcipulos Coæ fortu: na cõtulit. Ab hoc Cnidiæ. Nec tamẽ in paruo habenda prætio erat: & quę in Italia noſcebatur. At horum nemo nec mane potentium fores ſalutatu: rus: nec ueſperi cenaturus frequenta bat: ſed ſicut Heſiodus cecinit. Namq; alium ditem cernens: cui deeſt quod agatur. Ipſe ſolum uertit tauris: & ſe mina ponit. Ita illi inter ſe ꝑpetuo cer tabant nõ utiq; de aranda: ſerendaue terra. Quippe q̃ ut Aſclepiadaꝝ gñe inferiora: ſic Aſcreo poetæ erant non idecora. Sed de Apollinis: Æſculapij q; arte tum exercẽda: tũ uero ſemper augenda: ac ꝓ uiribus ꝑficienda. Nũc ꝟo honeſtum omne certamen interci dit: aut certe minimũ eius iter homi:

nes adhuc supest Regnat autẽ ihone-
stum: nec est qui hoc auertat: aut opẽ
malo ferat. de hac Hesiodus. Lis ne te
iducat mala deuitarẽ laborẽ. Dulce ma
lũ alteri'cui sit. Hæc eni lis (ut hesiodo
ẽt diuinior poeta cecinit) armatur pri
mũ tenuis mox iproba cœlo. Inserit
alta caput: terris uestigia figẽs: Huius
litis stimulis agitatus Thessalus hip
pocratẽ: ac reliquos Asclepiadas ma-
ledictis incessit: ac totius terrarũ orbis
theatrũ i suis ipsi'libris ꝯstituẽs: ini-
bi iudicat: uicitq; & ꝯtra oẽm antiqta-
tẽ ipse a se uictor declarat. Hæc facit
tũ in eo libro: quẽ de cõitatibus scrip
sit tũ in sincriticis. Qui in reliqs quo
q; oibus ꝯtumeliosus eẽ nõ desistit; ue
luti in ep'la q̃ ad Neronem mittit: his
ipsis inter initia uerbis usus. Cum no
uam sectam condiderim: & quæ sola
uera sit propterea quod medicorum
qui ante me fuerunt nemo quicq̃ uti-
le prodidit: uel ad sanitatem tuendam
uel morbos propulsandos. Pergens
autem in opere: Hippocrates inquit
noxia præcepta tradidit. Ausus est

& aphorismis eius.i. sententiis cum summo dedecore ꝯtradicere, & cũ onĩ dat se in Hippocratica disciplina: nec a quoq̃ institutum, nec eius opa sub præceptore legisse', tñ nõ uereť etiam talis cũ sit, palmã sibi tribuere. Quo magis aliquæ esse meæ partes uideną, q̃q̃ alias paꝝ assueti improbos acerbe taxare, aliquid tamen contra hunc ob ueterum contumelia contumeliã dicere. Quid improbe quæ bona sunt calumniari tentas, ut multitudini placeas? Cum liceret tibi in ueritatis contẽplatione excellere, si diligens esses, ac ueritatis amator. Quid ita ruditatis auditorum patrocinio abuteris, ad ueterum blasphemiam? Num paterne artis socios impudentissimæ Thessale iudices medicorum statues. Istis scilicet iudicibus uinces proculdubio, siue quid contra Hippocratem, siue contra Dioclem, siue contra Praxagoram, siue contra reliquos ueteres dixeris. Quin potius uiros antiquos, dialecticos, scientes, qui uerum falsumque discernere sunt periti,, qui

consequens, ac repugnans distingue re, qui demonstrandi methodum a pueris sunt meditati, hos inquam iudices in consessum introducito, his sedentibus aude quippiam Hippocratem accusare, his pronunciaturis aggrederē scelesta illa tua, barbaraq; uoce contra Hippocratem 'primum illud disserere, non oportere de hominis natura curiosum esse? Deinde si qs hoc donet: male illum de ea inquisiuisse, ac falso omnia præcipisse. Ergo quis iudex erit? Nū Plato quādo huic saltem iniurius esse minime es ausus. Ego uero ne discipulos quidem eius refugiam. Non Speusippum, nō Zenocratem. Aristotelis uero uel rogē iudicium subeas, & cū eo Theophrasti optem utiq; & Zenonem, & Chrysippum, & eoꝝ qui hos sectantur, quem libet iudicem eligas. Horū nemo uir audacissime hippocratis de natura hominis scita dānauit. quæ tu mihi nec legisse unq̄ uideris, nec si legisti itellexisse: certe si itellexisti, iudicare de iis minime gētiū potuisse, ut q sub pře ma

lanas curāte in gyneceo ſis altus. Nec enim putes nos: uel egregium genus tuū: uel præclarā doctrinā latere nec Hippocratite: & reliquis ueteribus in ſurdo theatro maledicere: Sed q ſis: & unde uenias: quo gn̄e ortus: qua educatione uſus: qua diſciplina imbutus prius oñde: atq̄ ita alicubi iſta. Ve℞ illud prius uir audaciſſime mōitus: nō eſse cuiuis in ulla bn̄ inſtituta ciuitate ꝓceſsum publice dicere. Sed ſi quis uir clarus ē: qui genus poſſit & educationē: tū uero eruditionē cōcionatore dignā oñdere: huic dicere ꝑmittūt leges. Tu cum nihil horū oſtēdere habeas: audes tamē homo ſordidiſſime Hippocratem accuſare, faciſq; in nugacibus libellis tuis græcos ſedere iudices: fers autem ipſe ſententiam: nec illorum ſententiam expectas: & palmam tibi ipſi das modo de omnibus medicis: modo de omnibus græcis. Hæc enim inſignis audaucia ſapiētiſſimi ſcilicet Theſsali ē: omnes ſe medicos uiciſſim. Sed de ipſo litigatore: ſeipſo agonotheta: ſeipſo iudice: poſt

hos etiã reliquos græcos in certamẽ
ꝓuocasse: Rhetoras: Geometras: Grã-
maticos. Astronomos: Philosophos:
Inter quos ꝯstitutum: ac lanifici elo-
cutione usum: censore se oium primũ
esse. Quippe medicinã reliquas oẽs
artes præcellere: se uero medicos oẽs
supasse: ꝙ unum forte fortuna recte
collegit. Si eni medicina est oium arti
um pstantissima. In ea ꝓo Thessalus
primas partes obtinet. Vtique oium
hoium ita sit primus. Ac socratẽ: & li
curgum præcellat: cæterosqꝫ omnes:
quos Pythius uel ut uiros bonos: uel
ut sapiẽtes: uel ut musarũ ministros
uel ut iouis famulos: uel deniq ut alio
quolibet munere diis gratos laudauit
Agedum igitur Thessalo hymnos de
cætero omnes cantent: scribantqꝫ ui-
ctoriæ carmina. Tum publicũ orbis
theatrum constituatur: acceditoqꝫ ali
quis qui canat eum qui in textrina sit
altus uicisse Demosthenem: Lysiam
& reliquos rethoras: superasse Plato
nem: & cæteros philosophos: palmã
eripuisse Licurgo: Solõi: & alijs legis

latoribus, uictorē deniq; totius homī num gñts coronatū esse rhetoꝝ philo sohpoꝝ, legislatoꝝ. Nam si geometras ēt, grāmaticosq;, ac musicos nomina- tim post tātos titulos cōmemorē, ꝯtu meliosus in hoiem uidear, ubi n. Ly- curgus, Solō, Plato, Socrates, & Pytha goras dant manus, Num pulchrū eti- am sit Hipparchi, Archimedis, Aristo xeni, Aristarchi, & alioꝝ quorundam id genus meminisse, nullius precij ho minū, ut Thessalus dicet: Sed qs tanti spiritus poeta existet qui hæc canat? Quis dabitur Homerus qui exame- tro tono hanc Thessali uictoriam ce- lebret. Aut qs lyricus qui ueluti pin- darus alte in dithyrambis tonet, qq; sicut olim bacchi, ita nunc Thessali ꝑ conium efferat, An horū potius nul- lum requirimus, sed eorum qui iam hos scribunt, Archilocum aliquē, aut Hipponactem, aut ex tragica scæna quempiam, qui sic hominem compel let. Quiesce dum miserrime in stratis tuis, Nanq; haud uides quæ te putas nosse probe. Horestis mihi somnium

narras Thessale, Quale nam id thea
trum ē in quo tu uinces Hippocratē?
Qui iudices erunt, quęnā præmia ꝓ
ponent? Vis ne primum platonis suf
fragiū legamus. Fortasse enim hunc
iudicē nō reiicies. At qui ille hæc ad
ꝟbum ait. Anime igiť naturā apte pu
tas itelligi posse, nō cognita totius na
turæ? Imo si qdem Hippocrati ex As
clepiadaꝝ gñe fides ē hñda, nec corp
is qdē natura absq̄ hac methodo. Re
cte ais amice, oportet tñ cum Hippo.
sermonem ꝯferentes, num cum eo cō
cordet,: ęstimemus. Sane quidem. Igi
tur de natura considerare, quid est ꝙ
Hippocrates rectaq̄ ratio dicit. Num Hippo.
ad hunc modum de cuiusq̄ rei natura
primū illud perpendi oportet? Sit ne
de quo uolumus, uel ipsi scientes eē:
uel alios facere sciētes posse: simplex
an uarias species habens. Mox si sim:
plex sit facultas ei' æstimāda est, quā
uidelicet ad quid agendum optineat,
aut quam ad paciendū ab alio sit sor
titū. Sin plures habeat eiusmodi spe:
cies: iis enumeratis; quod in una fece

ris, id in una quaq; exigere oportebit Nempe quid illa facere per naturam sit apta, uel quid ab alio pati. Audisti uir bone Platonẽ simili methodo aiæ naturã inueniendã esse cẽsere, qua cor-
Hippo. poris naturam, Hippocrates, an adhuc uis multas hoïs dictiones, ex multis librorũ eius locis deligam, in quibus ille Hippocratẽ omnium, qui ante se fuerunt, maxime admiratur. An potius cũ id alibi fecerim. (Nẽpe in eo opere, in quo de Hippocratis, & Platonis placitis disserui) illuc qui id scire uolet, remittam, ubi, ut arbitror, clarissime oñdimus, in plurimis maximisq; rebus horum hoium inter se ꝯsensum. Atq; alio me ꝯferens aliũ tibi ad uocẽ in testẽ cætum. Nẽpe peripateticũ, qui & ipse Hippocratis phisilogię principia ꝯfirmat. Quin de hoc quoq; ꝑditum a me in alijs cõmentarijs est. Quorũ unus de elementis secundum Hippocratẽ inscribitur, post hunc alij tres de temperamẽtis, mox alij duo, alter de inæquali intemperie, qui etiã ad tractationem de temperamentis

ꝑtinet: Alter de optima corꝑis ꝯstitu-
tiõe. Deinde ẽt tres de naturalib' facul
tatibus. Hos igit̃ si q̃s leget clare ꝑspi
ciet, rõnẽ Hippocratis de natura Ari-
stotelẽ iterp̃tem eẽ. Quinetiã de mor
boꝝ discrimine quot hi, q̃q; sint, ac d'
simptomatis pari mõ, p̃terea de horũ
utrorunq; causis, primus oĩum (quos
auditu nouimus) Hippocrates recte q̃ Hipp.
principia dedisse uidetur, post eũ ue prim' in
ro Aristoteles late ea est interp̃tatus uenerit
Hæc ita esse intellige, qui commenta
rios nostros, quos de singulis horum
scripsim' legere nõ grauabitur. Qua
re si Peripatetici iudiciũ exercebunt,
Hippocrates arbitror uincet. Thessa-
lus ut inuerecũdus, & ĩpudẽs eiiciet,
Sin Stoicis in cõfessum admissis iudi
ciũ ꝑmittetur, ex iis placitis, quæ ipsi
met statuũt Hippocrati palmam da-
bunt. Quippe calidũ: frigidũ, siccum
& humidũ primus Hippocrates inue Hippoc.
xit, post eũ Aristoteles euidẽti demõ-
stratiõe asseruit. Eadẽ Crysippi, emu
li parata cum accepissent: minime
sunt obluctati. Sed omnia ex horum

mixtura ꝯstare ꝯfirmāt. Atq; hæc iter se mutuo agerē ac pati, artificē quæ naturā esse oīa, deniq; Hippocratis dogmata de natura recipiunt, nisi qđ in
Hippo. re tenui est illis cum Aristotele dissensio. Quippe cū recte. Hippocrates affirmat totū corpus esse, ut græce dicit σύμπνουν καὶ σύρρουν quasi ꝯspirabile & ꝯfluxile dicas, omnesque animalis particulas mutuo a se affici, recipiūt, quidem hoc utrique, dissident in eo quod Aristoteles qualitates tātum in se mutuo transire omninoque misceri stoici non has modo, sed etiam substantias ipsas existiment. Quod autē hoc definire medico superuacuum sit quodque ad medicinæ opus abunde sit, si tantum concedantur ea quæ ab utrisque sunt demonstrata, item qđ qualitates uirtutesque in mixtis, totæ sint totis permixte, hæc & ante a me sunt demonstrata: & si res poscet nunc demonstrabūtur. Quare & platonis & Peripateticorum, & stoicorū iudicio, Hippocratis physilogiæ. Victoria dabitur. Imo uero ex eius physiologia

siologiæ oēs q iā cōprehensi sapiētiæ professores sunt ostendunt, nemini fas eē morbos cōmode curare, q corpis uniuersi naturā nō pspexerit. Nunqd igit si de palma sub hoȝ sapiētie professoȝ iudicio certasset Thessalus, uicisset? Qui oīs suæ physiologiæ Hippocratē authorē hñt. Quid autē si Geometris, Astronomis, Musicis, aut Rhetoribus iudiciū concedet? Putemus ne hos Hippocrate ptermisso, alij alli palmā daturos? Ego sāe nec a iā quēuis primas esse latuȝ arbitror omniumqȝ minime impudentissimum Thessalū, ut quo nemo geometriā, Astronomiā Musicē, ac Rhethoricem magis dehonestarit. Ita q apud hos in parū amico Theatro certauerit. Verū hos fortassis in Theatrū minime inducet, utpote quos ipse prior inimicos reddiderit, sed his sapiētiæ professorū dūtaxat, q in dialectice sunt piti, ut qui uere falseqȝ oratiōis iudicandæ facultatem exercuerint, iudicum partes cōcedet. Atqui si Platonem, Aristotelē, & Crysippū, ceu parū i hac facultate

exercitatos transibimus, quosnā q̄so alios inueniemus? Quare si nec aliaꝝ artium professores iudices admittet, nec q in dialectice cæteris oībus sapiētiæ ꝑfessoribus p̄stiterūt, illi suffragabunt? tādē erūt q eū uicisse iudicabūt? q illi freq̄uēs Theatrū cōstituent? qui uictorē renūciabunt? Qui deniq; coronabūt: ipse uidelicet seipsum id qđ in illis egregiis libris suis fecit, i qb' ipse de seipso sententiā tulit, seipsum coronauit ac declarauit. Ac fortassis illud sibi gloriæ memoriæq; īter hoīes occasionem fore est arbitratus, si optimis uiris lacessitis, nos sibi respōdere cogeret, ueꝝ ita & zoilus celeber clarusq; sit, q homeri statuā flagellauit, & Salmoneus, q Iouē est imitatus, reliquaq; flagitiosoꝝ hominū non exigua turba, qui uel meliores non sunt reueriti uel in deos ipsos fuerunt contumeliosi Verum hi non bonā de se opinionem reliquerunt, nec emulatur quisq̄ qui cōpos sit mētis, nec Homeromastiga zoilum, nec demētem Salmonea: Quāuis maledicis zoilos in

admiratione sit, & Salmoneus sacrile
gis. Sed q̃d hos memoro, cũ & q̃ locu
los p̃cidũt, similia p̃ditorum studia & p̃
ditores proditorum suspiciant. Nec est
prorsus q̃spiã, q̃ propriũ cœtũ: in quo
palmã mereat̃ d̃sideret. Adeo si Thes
salus inter coquos, tinctores, lanificos
sutores: a fullones de uictoria certãs
scripsisset: utiq; & retulisset d̃ hippo
crate uictoriam: & nemo nostrum ei
repugnasset. Nunc cum omnes homi
nes iudices faciat ex horum autẽ nu
mero sint & Plato, & Aristotoles: &
Theophrastus: & Chrysippus nequa
quã omne punctum solus feret: sed
alicui fortassis prouocare ad aliũ iu
dicem licebit. Quãquam enim Hip
pocrates certare cum thessalo utpote
indigno se nolet. At forte Erasistratus
non negliget: multoq; minus Hero
philus atque his etiam minus Ascle
piades aliique multi iuniorum me Thessa:
dicorum quibus est ad contentio li opinio
nem natura propensior minime im
pune abire contumeliam sinent:
qua pariter omnes græcos Thessalus

aspergit, sed producto in mediũ ho-
mine, oẽs eius libros crassissima igno
rantia refertos græcis oñdent, q tot li
bris scriptis, & tot nugacissimoꝝ uer
suũ milibus effusis, nusq̃ in ullo opeꝝ
suoꝝ demonstrationẽ ullã afferre ten
tauit, sed tyranni ritu duos tñ esse in
oĩ uictus rõne morbos sancit. Nempe
fluxũ & clausum, nõ intelligẽs se dif
ferentiã quãdã morborũ dixisse, quã
utiq; prisci (ut ostendemus) probe no
uerunt. Cæterũ nemo tã rudis fuit, ut
differentias morborũ ipsos esse mor
bos putaret, ac remediorum indicatio
nem ab iis sumeret substãtia ipsa pre
termissa. At qui hic Thessali paruus. s.
error, quẽ uel puer in simplicioribus
disciplinis altus, statim aduerteret,
Hic inquã paruus error, eo insolentię
hominem euexit, ut magnum, & pre
clarum aliquid inuenisse se putaret.
Perinde ac si quis cum omne animal
rationale esse, aut irrationale dixisset
nõ animalium differentias, sed aliud
quippiã dixisse se putaret. Cũ. s. huic
illud quoq; similiter sit dictum, omne

aĩal mortale eſt, uel imortalea Quip pe oppoſitio q̃ in ſingulis differentiis notat, cõiuncta, de oibus ſpeciebus di cit. Omne. n. aial aut mãſuetũ eſt, aut ferũ. Omne animal, aut pedatũ eſt, aut apes. Omne animal aut cornutũ, aut mutilũ. Nec eſt inter differentias inue nire oppoſitionem ullã, quæ ſit altera præſtantior, aut potior, nec quæ ma gis omnibus inſit particularibus. Ve rum non cõuenit, cum de animalium numero quæritur, unam differentia rum oppoſitionem reſpondere. Hoc enim pacto duo erunt animalia uni uerſa, nec ullum magis rationale, uel irrationale, q̃ mortale, uel immorta le, aut ferũ, uel manſuetũ, aut reliqua rum oppoſitionum quælibet. Quod ſi quis differentiis omiſſis, ſicut plane ratio exigit, equũ, bouẽ, canem, homi nem, aquilã, apim, formicam, leonem & ouẽ reſpondeat, reliquaꝙ omnia p ſpecies animalia cõnumeret conſtat hunc quærenti quot ſint in totũ ani malia, recte reſpondiſſe. Quin ſi mul ta ſermone animalia memoret, teſte

turq̃ enumerare se oĩa ñ posse sic quo
q̃3 commodissime respõderit. Similis
agitata q̃stio de morboꝝ numero, &
antiq̃s oĩb' medicis est, aliis septẽ eos
in totũ esse affirmantibus, aliis plures
his paucio res ue dicẽtibus, oĩbus tñ
ad species, q̃ in substantia, nõ quæ in
differentia essent, respectum habenti
bus. Nemo enim ita erat indoctus, aut
logicæ speculationis rudis, ut differẽ-
tiam specierum pro substantia loquẽ
do usurparet, quẽadmodum iste qui e
gyneceo exiliens tantis uiris maledi
cit. Ipse nec genus habens quod refe-
rat, nec educationem, nec eruditionẽ,
qualem illorum quisq̃3. Quorũ alius
Aristotelis, alius Platonis, alius Theo
phrasti, aut deniq̃3 alterius cuiusq̃ eo
rum qui in longica cõtemplatiõe fue
re exercitati, familiaris fuit. Veluti igi
tur rogatus quispiam quot sint i uni
uersum elementa, si duo esse respõde
rit (quippe aut uocale omnino, aut cõ
sonans esse quicquid uocis sit elemẽ
tum) is uerum quidem dixerit, cæteꝝ
ad quæstionẽ non responderit, ad eũ

dē modū arbitror, si quis oium morbo῍ numer῍ cōprehēdere studens, speciē qdē ullā morbo῍ ueluti phlegmonē, scirron, uel tumorē referre nō curet, solas aūt differētias memoret, siue clausum, & fluidū, siue ra῍ & densum siue du῍ & molle, siue astrictum, & laxū, ue῍ hic quoq; dixerit, minime tñ ad quæstionem responderit. Primum nāq; in eo error est, ꝙ nō omnis differentia generi addita ad speciei constitutionem aliquid cōducit, sed quæ ex generis propria diuisione nascitur. Quippe hæ demum differentiæ sunt quæ species ↄstituant, reliquę omnes alienę. Etenim animalis ꝓpriæ differētiæ sunt mortale, & īmortale, rōnale, & irrationale, mansuetū, & ferū, aliaq; id genus. Molle uero, ac durū, graue, & leue, rarū, & dēsum, magnū & paruum aīalis drīæ nō sunt, sed substantiæ. Itaq; etiā si cum aīali, uel mole, uel durū, uel densum, uel ra῍, uel magnū uel paruū cōponas, ad spēm cōstituēdam nihil sane contulerint. Sin uel rōnale, & īmortale, uel rōnale, & morta

Quæ drīæ ad spēī constitutionem cōferant.

Quę nō

le animali adieceris, efficitur iam illic deus, hic homo. Ita uero, & si rõnali aiali duas illas differẽtias addideris, q̃ sunt gressile, & bipes, sic quoq̃ speciẽ quãpiam effeceris. Nẽpe hominẽ. Vñ fieri nõ potest, ut ullius rei specificas differentias inueniat q eã diffinitione, siue substãtiæ orone ad unguẽ nõ circũscipserit. Alius deinde error incidere solet his, qbus paꝝ exercitata ratio est: q cum unam aliquã differentiaꝝ oppositionẽ inuenerint: speciem aliquã propositi generis se putent inuenisse. Ceu pauloante de uocis elementis est dictum. Siquidẽ qui uocale: & consonans dixit: nondum omnia humanæ uocis elementa dixit: sed duas tantum primas: & generales differentias: Quod si uocales rursus in lõgas breuis: mediasq; diducens: tum cõsonantes in semiuocales: & mutas: itẽq; tum longas: tum breuis uocales bifariam: medias uero trifariam, sed & mutas primum in aspiratas: tenues, ac medias: dein rursus tripartito harum singulas: mox semiuocales pro

pria(ne frustra multis morer) sectiõe secet: ita quatuor: & uiginti elemẽta uocis: qua græci utunť: iueniat. Quip pe id tm̃ dixisse quod elemẽtoꝝ: q̃dã uocales sint: q̃dã cõsonãntes: nõdum oium elemẽtoꝝ artificẽ. aut plane sciẽ tem auditorem reddidit: sed si quis ubi in longas: breues. & medias didu xerit, adiiciat duas esse breues. Nem: pe, ε, &, ο, duas pterea lõgas, η, &, ω, Tres ꝑo medias: , α, ι, υ, : sit sane artifi cem auditorem de omnibus uocali bus effecerit. Itemq; de consonis ad eundem modum. Itidem si quis trade re de morborum numero instituat. Quot ij in uniuersum sint, non debet arbitroriis in prima statim differen: tia subsistere: sed diuisa ea procedere donec ad aliquam infimarum specie rum: & quæ amplius in aliam distra hi non possit: perueniat. Id uero quã haud cuiq; sit promptum: sed ei dun taxat qui in diuidendi arte magno: pere sit exercitatus: intelligere potest primum is: qui omnia legisse uollet: quæ de eo genere methodi in princi

plo Philebi a Platone sunt ꝑdita. Deī cui Sophistā, & Politicū legisse placebit. Iā uero difficilior ad huc res uidebit, si quē primū Aristotelis librū de partibus animaliū relegisse nō pœnitebit. Conat.n.in eo libro oēs animalium differentias enumerare. Ad ubi multas dubitationes mouit, uix suspecte, ac timide pronunciare quippiam audet. Post hæc cum Aristoteles, & Plato tantam, tamq; difficilem rem esse censuerint, genera in proprias differentias exacte diuidere: ac post hos Theophrastus, & alij philosophi rationem absoluere tentauerint utpote ne apud ipsos quidem satis adhuc constantē, homo audacissimus Thessalus absolute, citraq; ullam ratiōem adhibitam pronuncians, credendum sibi cēset, duos in totū esse in uictus ratione morbos, præsertim simplices ac primos, & ueluti elemētares. Nam tertium ab his ratione gigniti ex ambobus compositū. At si ulla methodo hæc sicut iactas inuestigasti, cur hanc nobis non dixisti? Sed contra

Plato in philepo Sophista & politico Aristo.

plane q̃ pro grauitate nominis quod tibi arrogas homo temerarie, atq; a methodo alienissime, rē pronunciasti. Qui ne principiū q̄dē ip̄m unq̄ attigeris, a quo cœpisse necesse sit eū, q recte cuiuslibet rei species, & differentias sit iacturus. De re eni qualibet puer, unū principiū optimū. Nosse id oportet, de quo proposita q̄stio est aut prors⁹ ē aberrandum. Plato quodam loco ait. Non ad diuidendum modo quiduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis esse inchoandum censens, sed etiā in omni disquirenda re eiusmodi semper principio utendum. Ergo hic quoque arbitror par erat, ubi quid morbus sit, quid symptoma, & quid passio diligenter prius dixisses, ac dein qua cōueniant differantq; ipsorum singula diffiniuisses, sic demū tentare in proprias ea differentias diducere, secundum eam quam sapientiæ professores tradiderūt methodum, aut si quā potiorem ea, quæ ab iis prodita est, explorasses, hanc ipsam prius astruere, tum illud ostendere, ac græcos do

In oī re disquirēda q̄d pricipiū

cere, hũc q in textrina ſit altus ſupaſſe Ariſtotelẽ, & Platonẽ in methodis, logicis, humo afflixiſſe Theophraſtũ & ſtoicos in dialectice, clariſſime oſtẽdiſſe oẽs eorũ ſectatores ne primos qdẽ morbos, q eſſent, unq̃ nouiſſe dico, & Herophilum illũ dialecticum, & cõdiſcipulum eius Philotimum, & præceptorem eius Praxagoram, qui ab Æſculapio originẽ traxit, & qui cum his, & ante hos fuerunt, Eraſiſtratum Dioclem, Mneſitheum, Dieuchẽ Philiſtionem, Pliſtonicum ipſum, deniq; Hippocratem, porro ſimplici uerbo dicere omnes in uictu morbos eſſe duos, non methodo, non demonſtratione, non ratione ulla probabili, non lenimento aliquo, non alia re prorſus adhibita, præterquã eiuſmodi in ueteres blaſphemia, id facere imperantis hominis eſt, non docentis. Eſto uero taceas, qua logica methodo inſiſtens hæc inueneris, ac certe unde ſaltem de ueritate ſermonis iudicaſti, adhibitũ aliquid oportuit. Nam inueniẽdi eius quod queritur, logicæ methodi facul

Quis doceat & quis in peret,

tatē pſtāt. Atq; fidē his faciāt, q̄ recte Duo eē
ſunt inuēta, duo ſunt apud oēs hoies q̄ fidem
inſtrumenta. Nempe rō, & expientia. inuētis
Quippe ad eum q interrogauerit, cur faciat.
huic febricitanti frigidæ bibendæ po
teſtatē feceris, duplex reſpōſio eſt, al
tera q̄ ortū, naturamq̄ febris docet, ac
de morborū temporibus diſſerit, tum
ad eundem modum aquæ frigidæ na
turam explanat, ubi hæc propoſuit,
conatur docere in hoc morbo, atque
hoc tempore, aquam frigidam con
gruum remedium eſſe, altera de nul
lius horum natura ſolicita ad experiē
tiam confugit. Nempe qđ in tali mor
bo, atq; tempore ſæpe frigidam pro-
fecisse uidit. Debebat igitur opinor
& Theſſalus, uel experimentum, uel
rationem aſſertionis ſuæ occaſionem
adhibuiſſe, non ſicuti tyrannus impe
rare, ac ſibi citra demonſtrationem
credendum exigere. At quā inquiunt
audire demōſtrationem poſtulas? ita
enim contra interrogant eius ſectato
res. Neq; id iniuria, ut qui nec eo unq̄
peruenerint, ut notionem demonſtra

tionis tenerent. Cum nec Geometriã, nec Arithmeticen, nec Dialecticẽ, nec Resolutoriã, nec deniq̃ Logicã ullam speculationẽ attigerint. Quo circa respõdendũ his ita est. Nimis sero qd demõstratio sit, discer postulatis, nec fieri potest, ut breui tpe speculationẽ, q̃ subtilitatẽ mentis desyderat, assequamini pserti q nec subtiles rõnes audire sitis assueti, & peruersi in diuturno errore uersati. Sed istos mittamus, ut qui ne intelligere quidẽ, quę uere disciplinæ sint ualeant, nedum ipsas discere, aut recte iudicare. Nos uero una cum iis qui exercitati sunt, & demonstrationem intelligunt, & natura sapiunt (neq̃ enim Thessalios asinos docere profitemur) ad id quod propositum nobis ab initio est, accingamur ac statim una cum ipsa medendi methodo tradenda, etiam causas ipsas, unde errarint pleriq; ex iis, qui tradere eã sunt conati, exponamus. Quippe ad firmiorem ueritatis fidem non parum conducere uidetur id quoque. Ac primum quidem illã cauebimus

Redit id q̧ ab initio est ꝓ dositũ.

ñe ſimul de ambobus tum methodo, q̃ rõne nitit̃, tum expientia q̃ rõne nõ utit̃, agamus. Nõ.n. de oĩ re mediorũ rũ inuentiõe nunc loq̃ ſtatuimus, ſed tm̃ ea, quæ hæc methodo explorat, ita utiq; ut de empirice ipſa, & a nobis in alio opere eſt prod tum, & ab ipſis empiricis plurimum elaboratũ. Atq; utinam rationales omnes medici propoſitum ita premerent, nec experientiam, & rationem miſcerent, atq; in unum confunderent, ſed quam utraq̃ uim habeat, quãtũq; ad propoſitum artis finem conducat, ſeorſum tractarent, atq; perpenderent. Ergo methodo quippiam inquirere inueni req̃ ex aduerſo opponitur ei, q̃d eſt fortuito temereq; reperire. Eſt autem id cum uia quadã, & ordine, ita ut in diſquiſitione aliquid primum ſit, aliquid ſecundum, & tertium, & quartum, atq; ita de reliquis omnibus deiceps quoad demum ad ipſum, quod ab initio eſt propoſitum ſit peruentum. Ac empirici quidem rationabiliter ingenueq; fatentur nec inueniendi, nec do

De q̃ re medio: inuẽtione in hoc ope re ſit a ctutus.

Metho: do aliq̃d ingrere quid ſit.

cendi apud ipsos eē necessariū ordinē Nā nec arte ulla rōneue expientiā niti imo unius fortunæ fauorē ad ea quæ quærit inuenienda: reqrere. Qui uero rōnem inuentionis sue authorē statuerunt: ac ordinē unāq; uiam q̄ ad finē ducat proposuerunt, his fuerat quidē necessarium a primo aliquo auspicatis de quo inter omnes homines conueniret, sic transire ad reliqua. Cæterum hanc rationem non sequitur pleraq; medicorum pars, imo principia quoq; ipsa cōtrouersa sumit, nec illa demonstratione confirmat, tum ad reliqua simili modo transit, legislatorum ritu sanxiens uerius quā demonstrans. Quę omnia inde adeo his accidunt quod nihil prius de demonstratione sunt meditati sed simul & inqsitis insistunt, & ad eorū fidem demonstratione uti audent. Simile profecto quiddam his mollientes, qui spherā, aut cubum, aut conum, aut cylindrū, aliudue id genus metiri aggrediūtur cum tamen omnis geometricæ ac logisticæ rationis sint ignari, imo uero

rectemo lietibus metho dum qd sit initiū

Cur magna medicoꝝps i methodū

nec

nec cubiti, palmiue, aut pedis mensu- ram præparatam habeant, ac deinde iis qui uel demonstrationem ab ipsis exigunt, uel tacere cẽsent, irascuntur. Veluti enim ĩ illo ridiculus sit, si quis rectãguli trigoni, cuius alterum (exẽ pli causa) latus circa rectum angulũ quinque sit pedum, alterum duode- cim, dicat, aream non esse triginta pe- dum, sed quadraginta, nec eius rei de monstrationem ullam afferat, ita hic quoq; ridiculus est, q quicq̃ affirmat, quod demonstrare non possit. Ergo sicuti in demonstratione de triangulo (neq; enim recedẽdum nobis ab exẽ- plo, est qui indoctos istos methodi- cos a disputatione nostra iam abegi- mus) ipsum quod propositum est, ex duabus his propositiõibus colligeba tur una quæ spatium id quod lateri- bus pedum quinq;, & pedum duode cim continetur, sexaginta pedũ effici dicit, altera quę triangulum, dimidiũ eius esse spatii proponit. Harũ utraq; rursus, ut demonstrationis fidem re- ciperet, aliis propositionibus egebat.

medendi tradẽda erra rit.

Gale.

Mox illæ aliis quoad peruentum ad primas esset, hę uero nec ex aliis, nec per domonstrationem, sed ex se fidē faciunt. Sic arbitror, & in his omnibus, quæ in medicina demōstrantur, ad primas, & indemonstrabiles propositiones, & quæ ex se fidem faciāt, omnia esse perducenda. Ac si omnes de medendi methodo sic dicere aliquid instituissent, prorsus sicuti inter Arithmeticos, Geometras, & logisticos, ita inter ipsos quoq; cōuenisset.

Quæ ratiōe geometræ utuntur

Quippe apd̄ quos discere abipso statim initio licet, quid quoq; nomine (quo usuri sunt) significetur. Quas p̄terea propositiones indemonstrabiles (quæ axiomata uocant) ad disceptationem sint sumpturi. Velutilineā esse longitudinem citra latitudinem. Superficiem: quæ longitudinem latitudinemq; tantum habeat. Et triangulum esse hoc: quadrangulū illud: ac reliqua ad eūdem modum. Ab iis ubi axiomata eiusmodi usurpanda sibi esse p̄dixerint: quæ eidē sunt æq̄lia: inter se esse æqualia. Et si æquali-

bus æqualia ſint adiecta, tota fore æ-
qualia, poſtea demõſtrare theorema-
ta tentant. Nihil extra ea quæ a princi
pio præſumpſerunt adiicientes. Pleri
q; tamen medicorum, ſicut ipſe ſcis
Hiero chariſſime, interrogati, undenã
principium inuentionis ſuæ ſumpſe-
rint, tantum abeſt, ut indemonſtrabi-
lia principia, & quæ omnibus homini
bus in confeſſo ſint proferant, ut nec
quo ſibi ipſis conſona reſpondeant,
inueniant, ſed ſurſum, ac deorſum eu
ripi more agantur, contraria quiſq; ĩ
progreſſu ſermonis is quæ ab initio
ſtatuerunt afferentes. Siquidem ſapiẽ
tiſſimus iſte Theſſalus cum apparen
tes eſse communitates dixiſset, pau-
lopoſt nõ ſolum nõ alium quẽquam
priorum medicorum uidiſse eas aſſe
uerat, ſed nec ipſum qui primus eas
peperit Themiſonem. Huius namq;
unius eſse monſtroſas illas commu-
nitates fatetur, ceu patris legitimos fi
lios. Poſt hos uero q ſecuti ſunt om-
nes: & iter ſe, & ab ipſo Theſſalo diſ
ſentiunt, nec eaſdem communita-

In theſ-
ſalum.

Que empirici apparere que nosci que tũ apparere tum nosci dicant Duplex apparentium genus a ueteribus Philosophis statui.

tes tradẽtes, nec omnino inter se, uel in uno cõcordantes, id quod sæpenumero tibi, ipsis etiã methodicis p̄sentibus ostendi, fortasseq; aliquãdo maius ocium nactus de incõstantia eorũ scribam. At nunc tantũ saltem ad rẽ propositam sumi expedit, oportuisse eos p̄sertim sectæ authores exposuisse prius de qua re singula nomina dici uellẽt, sicut empirici faciũt, qui apparere ea dicũt, quæ sub sẽsum cadũt, nosci uero quæ memoria tenẽtur. Apparere simul, & nosci, q̃ & ante aliqñ sub sensum uenerũt, & nõ simili modo ueniũt. Num igitur ita ipsi quoq; apparere cõmunitates dicũt, ceu sensu cognitas. An & quæ ratione cõprehendimus apparẽtia nominãt. Empirici nãq; nõ adeo cõcedunt quicq̃ ex his quæ sola ratione nosci uidẽtur, apparẽs dici. Rursus ueteres philosophi duplex esse genus apparentiũ decernunt, unũ quod ipsi empirici cõprobant. Nempe eorũ quæ sensu aliquo noscuntur, ueluti albi, nigri, duri, mollis, calidi, frigidi, & similium. Alterũ

indemõſtrabile, eorũ nimirũ quę in- Axio-
telligẽtiæ primo occurſu patẽt. Vel u matum
ti quæ eidẽ ſunt æqualia, ea inter ſe eſ exẽpla
ſe æqualia. Et ſi æqualib' æqualia ad-
danť, tota æqualia fieri. Et ſi ab æqua-
lib' æqualia demas, quæ reſtãt æqua
lia forc. Huius eſſe generis aiũt, & ꝙ
nihil citra cauſam ſit, & ꝙ omnia ex
ente quopiam. Et quod ex eo ꝙ om-
nino nõ ſit nihil fiat Simili modo, pi
re nihil in id qđ prorſus non ſit. Itẽ
qđ affirmare, uel negare de quocꝫ ſit
neceſſe, aliacꝫ id genus nõ pauca, de
quibus in logicis tractatibus agitur,
& ipſe in commentariis de demõſtra
tione, quam potui, dixi clariſſime. De
his iter eiuſmodi principia, cuiuſmo
di logica nuncupamus, quidam phi-
loſophorum contendunt, atque am-
bigunt. Hi tamẽ hactenus ſaltẽ ſunt
modeſti, quod omni demonſtratio-
ni fidem ſuam abrogant. Intelligen- Scepti-
tes (arbitror) tametſi id non dicant, corum
illud ſaltem ſe certo ſcire, nihil omni dogma.
no demonſtrari poſſe, ſi logicis prin-
cipiis fides non ſit adhibita. At qui

eousque rudes amẽtesque sunt, ut ne id quidẽ intelligere queant, hi demõstrare quidẽ conantur. Cæterum quæ qualiaue, aut quot demonstrationis principia sint, nec noscere, nec quærere uolunt, nec alium docentem audirẽ sustinent. Sed absolute pronunciant, & uerba loquuntur, quæ nec quid significent, ipsi clare explicare ualeant. Merito igitur eorum emulis centum uoluminum opera scribuntur, parti inuestigantibus de quo quod que dici nomen Thessalus uoluerit, partim nihil tale inuenientibus, cui omnia ab eo particulatim dicta consentiant. Nam quæ demum apparentes illæ communitates sint, aut quomodo apparentes, dicere non possunt, ne si iterum atque iterum totidem libros scripserint. Quippe quod apparet, aut sub sensum omnino cadat, oportet, aut sub intelligentiam uno semel occursu, utrinque sine ulla demonstrationis ope. Quod uero intellectui se uno occursu non exhibet, protinus idem controuer-

f metho dicos

ſum eſt , ac demonſtratione eget, nec artem ullam a tali principio incepiſſe conuenit . Hæc ſi in logicis methodis exercuiſſent, & ipſi ea intelligerent , & tempus noſtrum fruſtra non contererent. Nunc quoniam inexercitati rudeſque per amentiam audent demonſtratione uti , priuſquam quid ea ſit , didicerint, neceſſe eſt cum ſimilibus ſui, omnes aberrent, prorſuſque nugentur. Ac eos qui recte demonſtrant, minime intelligant, ſed tempus inaniter conſumant. Ergo cum his nequaquam , ut cum rationalibus animalibus, uel diſputandum amplius eſt, uel iiſdem impenſe contradicendum, priuſquam didiciſſe, quæ nam res demonſtratio ſit uelint, & quatenus exercitatum eſſe oportet, qui ea probe ſit uſurus.

Tecum uero omnem deinceps ſermonem conferam. Ipſis uſus methodis, quas in commentariis de demonſtratione tradidi. Quippe non ſolum principia omnis demonſtrationis eſſe ea redit ad hieronē

quæ tũ ſenſui, tũ intelligẽtiæ manifeſte ſe exhibẽt, ſed etiam in omni re q̃rẽnda nomẽ ipſum adſumi in diſputationem oportere, in illis docuimus. Nũc neutrũ præcipue ſtatui nec quẽadmodũ inuenire, nec quẽadmodũ demõſtrare cõueniat. Sed iis q didicerũt & exercitati ſunt, ſimul aliquẽ laboris oportunũ fructũ reddere, inuẽta nimirum non tenui re, quam nunc inſtituimus, ſimul ſi qui ſunt, quibus artium maxima cordi ẽ, quę circa animum hominis uerſatur, ipſos quoq; in minoribus exercitare. Quippe id tenaciter ſeruare in omni methodo oportet, ut in ea te multis ſæpe leuioribus ꝓblematis prius exerceas, quã maioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis ueræ diſciplinæ principium eſto, quod utiq; ſtatim inter initia facturi fueramus, tum artem ipſi inquirentes, tum aliis præeuntes, qui adhuc peruerſi non eſſent. Quoniam omnis morbi curationem inuenire propoſitum eſt, neceſſe eſt morborũ numerum prius ſciri. At qm̃ fieri ne

Principium huiꝰ diſciplinæ

quit, ut aut differētias generis ullius, aut species inuenias, ipso ꝙ diuiditur nō plane explorato, oportet profecto nūc etiā quid morbus sit, narremus. Quo sic diuisionē eius rite adeamus. Qua igitur ratione id methodo inueniamus? Qua nā alia nisi ea, quā in libris de demōstratione ꝑcepimus, Nē pe ut de notione ipsa prius cōueniat. Cum sine hac propositæ rei substātiā inuenire non liceat. Ipsam uero notionē, quæ hominibus in confesso sit, sumēdum diximus, ut quæ alias principiū iure non dicatur. Quæ igitur est de ægrotando omnibus hominibus confessa notio. Et de, qua maxime subiecta re uerbum hoc ægrotare enunciant? Nū quid ubi citra offensam omniū corporis partiū actiones obeūt, & ualere se tunc dicūt, & minime medicis egere putant, ubi uero naturaliū corporis actionum senserint quampiam, uel male geri, uel prorsus non geri, & ægrotare se illa parte corporis existimant, cuius actionem affici uident, & medicum de remedio con-

Notio sanitatis Notio ægritudinis.

ſulũt. Ergo ſane omnes homines ita uideo tũ morbi, ſiue ęgritudinis, tum uero ſanitatis, ſiue ualitudinis nomẽ uſurpare. Quinetiam eã quã dixi notionẽ omnes obſeruare nõ in his modo nominibus, ſed etiã in omnibus q̃ cum his cõiugata ſunt, tũ nominib᷒, tum uerbis. Quippe cũ & ualere illũ exiſtimẽt, cui nullius partis actio ſit uiciata, & ægrotare, cui ſit uiciata, & ualentem eum nominẽt cuius omnes corporis partes actiones ſuas ſecundũ naturã edãt, & ægrotanté cui male affecta pars aliqua ſit. Nec q̃ſquam omnino aut aliis nominibus utitur, aut de alia re enunciat iam dictorum nominũ quiduis id quod diffuſe in medicinaliũ nominũ interpretatione oſtendimus. Atq; hoc ſaltẽ mihi per omnẽ diſceptationẽ memoria teneri maxime uelim. Nominũ interpretationem ex patriæ me cõſuetudine factũ rum ſicut in cõmẽtariis de demõſtratione dixi, ipſius rerum eſſentiæ, tum inuẽtionem, tum inquiſitionem, tum demonſtrationem, non eſſe ex iis quæ

Nominũ interpretationẽ ex patrię

multitudini uidentur facturum. Immo ex sumptionibus scientificis quæ lemmata græce uocãt, de quorũ inueniẽdi ratione in illis est proditũ. Ergo accepto eo quod omnes cõfitẽtur principio. Nempe illud in medẽdi methodo propositum esse, ut ægrota corpora in sanitatem uindices, id uero est, ut naturales partium actiones, si quæ uiciatæ sint, corrigas, iam quod deinceps est inquiramus, quot numero in totum res sint, quæ loco prope se consistunt, necubi aliqua procedente sermone, uel pro morbis accipiamus, cum sint his similia, uel ut sanitatem cum ad huius naturam prope accedant. Proponamus autem claritatis causa particulas aliquas, in quibus confirmetur quod dicimus, ac primum quidem ante cæteras oculum. De hoc igitur omnibus hominibus non medicis modo, sed etiam aliis quibuslibet conuenit, eius opus esse ut uideat. Seu uero opus, seu actionem inter loquendum dicam, in præsentia saltem non refert. Ad cun-

consue-
tudine
faciendã

dem modũ nec ſi quis aſpicere, oculorũ eſſe opus dixerit nec ſi qs aſpectũ, aut uiſum, aut uiſionē, aut quomodo cunq; aliter nominet, quicquã refert. Quãdo etiã ſi quis ſolœciſmũ cõmittens nominet, ad rei ipſius ſciẽtiã nihil id afferat incõmodi, modo de qua re nomē pronũciet, clare explicet. In hoc eni præcipua doctrinæ uís eſt. Nominetur igitur oculus ps corporis. Neq; hic referat partē ne, an particulã quis dixerit. Quicqd enim totũ cõplet atq; integrat, id totius particula & pars nominat. Eſt eni pars ex iis q̃ ad aliqd dicũtur. Quippe pars totius integriq; pars dicitur ęque profecto, ut totũ, & integrũ per relationem ad partes, & particulas ꝓprias nominãtur. Eſtq; ſicuti dextrũ ad ſiniſtrũ, & ſiniſtrum ad dextrum, ita plane & totum ad partem, & pars ſe habens ad totum. Ergo ſi quis hac ſeruata notione malit partem dicere, quam particulam, aut ſi quis contra particulam potius, quam partem, is mihi ad rerum inuentionem impedimẽto non

ſit. Cæterũ impeditũ ſe linguæ latinæ prodit. Dictũ uero alibi (ut ſcis) diffuſe de nominũ uſu eſt. Ac nunc quãtũ ſatis ad rẽ ſit propoſitã arbitror, adijciam. Illud dũtaxat indicans, nõ oportere nominibus ſeduci, nec qui in iis diſſentiũt, hos ſtatim in rebus quoq; ipſis diſſentire putare. In quo genere oẽs (ut uno uerbo dicã) nõ medicos modo noſtræ tẽpeſtatis, ſed etiã philoſophorũ pleroſq; parum exercitatos uides, ut quorũ pauciſſimi nominũ diuerſitatẽ a rerũ diuerſitate diſtinguere norint. Verum huius quoq; rei methodum ĩ logicis ſpeculationibus tradidimus, cuius opportunitas ſi quando alias utiq; nunc quoq; ad uſum uenit. Quænã igitur fuit ea methodus? Nempe ut a rerum incipias differentia, non autem nominum, oſtendas quatuor exempli gratia, tum eſſe res quæ in uicino ſunt poſitæ. Poſt deinde, ut demonſtratione confirmes, neque plura eſſe, neq; pauciora, quæ in propoſita diſceptatione contineãtur, poſtremo ut accõmodato rerũ cuiq;

Methodus diſtinguẽdi rerum diuerſitatem a nominũ diuerſitate.

ſuo noie, ſic reliquum ſermonē abſol uas nec mutās dehic nec trāſferēs no mē ullū, ſed cui rei ipſe ab initio im poſueris, de eadē ppetuo uſurpans. Quippe ita & dilucida doctrina efficitur, atq; a cauillationib', q̄s homonymia parit, libera, & ꝙ fruſtra eſt additū, facile deprehēdit, & ꝙ deficit, cito inuenit, & quæ cōſonāt diſſonātq; maxime in eiuſmodi explicationib' exacte diſcernūt. Ergo illud repetamus denuo, uiſus oculorū actio ē, locutio ligue, inceſſus cruꝝ. Ipſa rurſus actio motus eſt actiuus. Iā horū ipſorū motus, imutatio eſt eius ꝙ præfuit. Actiuus q a ſe editur paſſiuus qui ab alio quopiā extrīſecus poſito excitat. Veluti uolatio actio eſt aīalis uolatilis, & inceſſus aīalis greſſilis. Q ꝓ aūt ab alio ſic agit, ut locū mutet, id utiq; nō agit, ſ; patit. Egit nāq; q ex Pireo Suniū cōmeauit. Quippe motus actiue eſt, id ē ex ſeipſo, & ꝓpria natura. Cōtra paſſus ē, q ex Pireo Suniū nauigauit utpote qui naui nactus eſt. At qm̄ motū prioris eſſe habitus mutationē

diximus. Ea uero imutatio dupliciter fit. Nẽpe aut in q̃litate: aut loco: uti q̃ latio q̃d mutatio quæ in loco agit latio dicit: que i qualitate: alteratio. Ita uidelicet ut sit latio: imutatio: uel demutatio: uel mutatio prioris loci(de industria enim multis sum usus nominibus: illud insinuare scilicet maxime studẽs: ꝙ licet unius rei multas definitiones efficere: quæ uocibus tantũ: nõ ẽt notionib' differãt.) Alteratio uero; uel mutatio in qualitate: uel demutatio eius: q̃ p̃fuit qualitatis: uel imutatio i qualitate: uel trãsmutatio qualitatis. uel quomodocũq; aliter auditori ꝙ dicit clarũ fore speraueris. Quippe huc tibi uarietas iterp̃tationis sit utilis. Ergo uisio(nã redeundũ ad oculũ est) actio partis est oculus uero ipsa ẽ aĩalis particula. Nã particulã: an partẽ dicas(ut p̃dixim') nihil refert. Instr̃m uero apello aĩalis partẽ: quę p̃fectam edere actionẽ possit. Veluti oculus uisionẽ. & lingua loquelã: & crura itionem. Ad eundem modũ: & arteria: & uena: & neruus: tũ instrumẽta: tũ par

Alteratio quid

Instrumentũ quid

tes animalis sunt. Pro hoc nanq; nominũ usu nõ a nobis modo, sed etiã ueteribus definitio. oculus quidem, & pars, & particula, & instrumẽtum uocabitur, cornea uero tunica particula, & pars, nõ autem instrumentũ Simili modo & quæ rhagoides, & quæ arachnoides, & quæ amphiblestroides græce dicuntur. Quippe quarum singulæ primũ quidem, ac maxime oculi particulę sũt, & quia is etiam faciei pars est, itidem & illæ faciei sunt partes, sed secunda quadam ratione, ita uero & totius corporis partes sunt, propterea quod facies ipsa totius corporis est portio, homœomeres uero, id est similaris pars est, sicut ipsum clare indicat nomẽ, quæ undiq; ĩ similes diuiditur. Veluti in oculo uitreus humor, & crystallinus, & tunicarũ ꝓpria cuiusq; substãtia. Porro hæc latius indicata sunt ĩ dissectionũ cõmẽtariis. Hic uero ea tãtũ dixisse sat est, quorum ad id quod instat meminisse est opus. Est aũt opus ostẽdere ĩ singulis particulis plura in esse q̃ inter se dissideant

deant nec tñ a medicis omnibus sint precepta, hoc aũt utile esse p̃diximus ad nomina a nobis recte utenda, uti q̃ cuius causa nunc id tractãdũ susce pimus. Indicabit autem & ad ipsã no bis propositã methodũ maxime ne cessariũ. Est enim instrumentũ oculus actio ꝟo uisio, una ex particulis eius similaris, ac primum uisionis instr̃m, chrystallinus humor, sicuti in libris ubi de ijs egimus mõstratũ est. Id nã q̃ est, quod alterari debet ab aliquo extrinsecus occurẽtiũ colorũ, ut ani mal uideat, alterari uero nõ potuit, ni si purũ oino p̃spicuũq̃ esset. At purũ ita perlucidũq̃ esse nõ posset, sine eo quod nũc obtinet tẽperamẽto Quip pe ostensum est unãquãq̃ re tale esse qualis est, propter calidi, frigidi, humidi, & sicci tẽperamẽtũ. Ideoq̃ ut si quid horũ magnopere imutatũ sit, aut plane nõ uidebit, aut male uide bit animal. Verũ hoc nobis parũ ad huc cõstat, modo artem quærere or sis. Nec oportet aliquid ex iis q̃ post sunt inquirenda, uelut scitũ p̃sumere

Nec ipſe huius gratia eoꝝ q̄ de criſtal lino alibi dixi mētionē feci, ſed clari tatis cā eoꝝ q̄ nūc ſunt dicenda. Vidē tes.n.oculū ꝓbe munus ſuū obire, ac rurſus nequaq̄ uidere, atq; illđ ſanita tē eius, hoc morbū, uel uitiū uel quic qd libꝫ uocātes) nihil.n.ad rē ꝓpoſitā refert) q̄rimus deinceps q̄ demū ſit ei⁹ noxæ cā. Vñ inges ad hoc motiꝰ certe ex indemomſtrabili axiomate, đ quo inter oēs cōuenit, propterea quod in telligentiæ euidēs eſt. Quod ergo eſt id axioma? Nihil abſque cauſa fieri. Quippe hoc non concesſo, nonda tur, aut læſe uiſionis, aut prorſus amiſ ſæ cauſam requirere Sed q̄m id exiſ eſt, quæ intelligentiæ ſunt manifeſta, præſumētes iam aliquam ſubesſe læ ſionis cauſam, ad eius inquiſitionem uenimus. Ergo hanc cauſam ſeu affe ctum aliquem corporis, ſeu corpus certo modo affectum appellare uelis nihil ſane ut ad rem propoſitam, in tereſt. Illđ omnino fateberis, aut mor bum ipſum hanc esſe, aut ſiquidem morbus eſt ipſa actionis læſio affectū

Axioma nihil abſq; cauſa fieri.

q huic officit morbi causam esse. Existitq; hoc loco rursus de noie controuersia, ipsum ne oculoꝝ affectũ a quo uisus læditur, morbũ uocemus an ipsũ actionis uitiũ. Veꝝ siue qs actionẽ uiciatã morbũ dici uelit, utiq; multo prius statuat necesse, ẽ sanitatẽ esse naturaliter se habentẽ actionẽ, siue affectũ q actioni incõmodat, multo quoq; ante q secundũ naturã est, siue hunc affectum, siue constitutionem dici uelit, sanitatis uocabulo appellet. Quippe cõmittere, ut cum inter actiones posueris sanitatem, in affectibus existimes statuendum morbũ, aut contra, cũ i ptiũ cõstitutiõe sanitatẽ, in actionis uitio morbũ, tũ reliquis methodicis, tũ uero pricipi huius isaniæ Thessalo digna snia ẽ Eteni oẽs fere q sunt indocti huius isaniq; dogmatis sectatores sanitatẽ esse naturaliũ actionum firmitatẽ ac robur aiũt, morbũ uero nequaq̃ actionis læsionẽ, & infirmitatem, sed alij corporis quendã affectum, alij corpus certo genere affectum. Qua quænam obsecro maior

dementia sit? Hoc enim uel quis dep̃s
hendat nõ oportere in altero sanitatẽ
in altero morbũ, sed ĩ uno oĩno gene
re ambo ꝯstitui. Siqdẽ cõtraria sunt,
quæ in eodẽ genere plurimũ inter se
dissident, ueluti cãdidũ, & nigrũ. Ete
nim unũ est hoꝶ genus color. Ideoq́
si ꝯtraria iter se sunt sanitas, atq́ egri
tudo, in quocũq́ genere eorũ, quę na
turaliter se habẽt statuetur sanitas, in
ipsius naturalĩ habitu ponetur mor
bus. Quare si sanitas actio est, quę se
cundum naturam se habeat, omnino
morbus præter naturam actio fuerit.
Sin autem affectio quepiam, aut con
stitutio naturaliter se habens, sanitas
est, & morbus, affectio constitutione
præter naturam necessario fuerit. Ac
Thessalus quidem finire morbum ne
aggressus quidẽ usq̃ est, quin potius
ariolandum nobis reliquit, de qua re
uocabulum id enunciet. Quod enim
nihil interesse censeat inter morbum,
& pathos, iam tibi in ipsius hominis
commentariis ostendimus, in quibus
translaticie ambo ponit, transfertq́

utrũq; in alterius locũ, ceu nihil inter sit, hoc, an illo mõ loquaris. Eius ꝓo sectatores uniuersi sursũ deorsumq; agunt, rõcinãtes ac se tegẽtes oĩa fci ut uel obscure loquant, uel oĩno non ut Thessalus ipse ad que ante hũc the miso, q fũdamentũ illis huius insanię iecit. Quod si tibi ea quę Proculus, & Rheginus, & Antipater, ad hæc q̃ Eus demus, Manaseus philo, & Dionysius in hoc genere ꝑdiderunt, dicere uelĩ, utiq; a proposita tractatione, quæ & scientifica est, & ipsũ quod utile sit do cere conatur imprudens excidã. Ve rum de horum dissidentia licebit ali quando, fortasse etiam in sequẽtibus mentionem facere unaq; cum his Me nemachi, qui omnes eoꝶ res astutius turbauit, atque confudit, & nugacis Olympici, cunq; hoc etiã apollonidæ, & Sorani & qui adhuc uiuit indiani, quem utiq; & nos ꝯuenimus, ut uiua uidelicet hominis uoce meras nugas condiscerem, sed nec is explicare po tuit quid morbus, pathosue esset. Cu ius rei uel maximũ signum est, quod

cum uiginti plus anni iã sint, ex quo illum Alexãdriæ ꝯuenimus, scripse, ritq̃ iteꝝ atq; iteꝝ institutiões (nã has assidue trãsponit transformatq;, nunq̃ ijs quas scripsit ꝯtentus) nusq̃ tñ eaꝝ ẽ ausus q̃d morbus sit ꝓdere. Tametsi certe adeo ea quę nihil ad rẽ pertinẽt in ijs agitet, ut etiam illud iquirat, sit ne pictura medicis ex usu. Et tamen tam multa taliaq; cũ scribat, nec dissimulare habeat, sicut nec Menemachus quasi methodicæ sectæ absurditatem clare non norit, ne in hodiernum quidem diem in institutionibus suis usq̃ scripsit, quid morbũ pathosue nominet. Mihi certe ipsum interroganti adeo multa obscuraq; respondit, ut nihil eorum quæ dixit plane intelligerem, cogererq; illud tantũ homini dicere, quod mihi desciscere ab Olympico uideretur, quanq̃ is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nam Iulianus hic Appollonidæ Cyprij ille Olympici discipulus fuerat Ergo Olimpicus uti dixit sanitatem morbumq; finire ausus, illam esse affectum aiebat, qui

In olympicum.

in abſentia ſit morbi. Rurſus morbũ mutationẽ a naturali in id quod præter naturã ſit, ſtabilem. In quorum ſane utroque multa ſunt rõne aliena, quæ & tunc Iuliano expoſui, & nunc ſummatim dicã. Quod enim in quã cõfuſionem facit, id eſt quod Olympicus nõ illud tantũ abſolute dicit, ſanitatẽ affectũ eſſe poſitũ extra morbũ, ſed ẽt illud definitioni adijcit, quem affectum definimus naturalium actionum conſtantiam, & firmitudinem. Haud enim conijcere ualeo in ſolane actionum conſtantia, an in corporis affectu, an in ambobus ſanitatem ſtatuat, ſed forte ut utique cum reliquis methodicis aſſolet confuſe alieneque abuti grecorũ uocibus, ita nũc quoque affectum non ad corpus, ſed ad actiones refert, ut nimirũ ad hunc modum definitionem intelligas. Sanitas affectio eſt actionis in abſentia morbi. Porro iuſtum (arbitror) fuerat alterum duorum definitioni adieciſſe, aut actionũ, aut corporis, ut uidelicet aut ita ſe hr̃et finitio, Sanitas ẽ af

fectus actionũ in absentia morbi, aut certe talis esset, sanitas est affectio corporis in absentia morbi. Qui ẽt si ambo iungere uoluisset, ita quoq; licuisset, ut dilucide, sic breuibus dicere, sanitas est affectio tũ actionũ, tũ corporis in absentia morbi. Quid autẽ cũ subiicit. Quẽ affectũ definimus constãtiã, ac robur actionũ naturã suam tuentiũ, erit ne pars hæc eius quod p̃s dictũ est, iungendaq; tota definitio ad hunc modum, sanitas est affectus corporis, in absentia morbi, & cõstantia actionũ, quæ secundum naturã se habẽt, ac robur, an ista ipsa per seipsam perfecta definitio est, ac quid sanitas sit docens, ꝓut sane nõnullis methodicorũ placuit qui sanitatẽ esse dixerunt, cõstantiã secũdum naturã se habẽtium actionũ. Verum si hec absoluta est, haud scio quid doceat ea quæ ante dicta est, quæ affectum esse sanitatẽ præcipit. Quippe illud quod dixit in absentia morbi, eiusmodi plane est, quod uel puer explodat. Cum si ita definire permiititur, manifestũ

sit, & morbū fore affectū corporis in absentia sanitatis, ita uidelicet, ut utraq; definitio, nō quid sit id qd' quærit, sed quid nō sit, doceat. Sed mittamus (iniquam) si placet, & hæc, cū sint ad rē non ad modū necessaria. Illud certe præterire dissimulareq; nō licet, q in sanitatis explicatione omnia actionibus tribuātur, uel solis uel etiā cō fundendo inuoluendoq;, ac obscure quodam modo miscēdo ipsum affectionis uocabulū. In morbi definitione nulla sit actionū mētio. Nā illud dicere satis habuit, morbum esse mutationē corporis a naturali statu, ad eā q̄ præter naturā sit cōstantem, & stabilē. Ac debuerat inquā, aut in actionibus aut i affectibus utrunq; cōstituere. Quid uero mihi respōderit, & sæpe tibi iam mi hiero narraui, & nunc repetere nō erit alienum. Nihil (inqt) miri est, in actionum constantia cum robore sanitatem poni, in affectu corporis præter naturam, morbum. Neque enim contraria sunt, ut tu reris, inquit. Est enim eorum aliquid me

dium, quod nec sanitas sit, nec morb'. Quo ego sermõe audito, abij stupefactus, simul ac dolẽs, fatẽdũ enim est qđ accidit. Antea enim neminem unq̃ eoꝝ q in tãta essẽt opinione, prorsus stupidũ ↄuenerã, tũ aũt primũ cõueniẽs merito obstupui, nõ qđ is solus adeo sine sensu eẽt, sed qđ mltos ẽt alios hrẽt discipulos, q cũ stati initio doctrinæ suæ methodicos ita errare uiderẽt, tñ a secta nõ desci scerent aut si oĩno nõ uiderẽt, prorsus essent attoniti. Nã qd queso ad rẽ morbũ sanitati nõ esse ↄtrariũ, ꝑpterea qđ aliqd eorũ sit mediũ. Patet enim hac scilicet rõne nõ fore albũ nigro ↄtrariũ, ꝑpterea qđ eoꝝ sint media, flauum, & fuscũ, & rubrũ, & pallidum, & reliquoꝝ coloꝝ singuli, nec calidũ frigido, q̃ppe hoꝝ quoq; sunt media, tepidũ, & tẽperatũ. Ac sapientes istos methodicos cum nec leui, nec spernẽdo lapsu, sic sint inter initia statim lapsi, speremus ne ueritatem ullam earum quæ sequantur, posse intelligere? minime profecto. Quippe quæ in arte

medica spectantur, omnia ex his pendere docebimus, idque merito, siquidē in ijs artibus quę methodo aliqua tradunt, earū cōstituendarū principiū est finis ipsius notio. Ac in huius quidē noticia alijs quoque permultis uarie est erratū, alijs medicinæ finē esse affirmātibus plerunq; sanare. Alijs ea facere quæ sint ad sanitatē cōducibilia, alijs morborū causas adimere, opusq; ē per se quemq; omnia per agere, alijs prout cuiq; succurit, ac de his definire seorsum cōueniet. Nemo tamen adeo fuit stupidus, ut in alio genere poneret sanitatem, in alio morbū sed uel actionibus naturaliter se habētib' eos tribuit, uel partiū cōstitutionibus quos aliquid affectus uocāt. Siue autem in actionibus naturaliter editis sit sanitas, in iis quæ præter naturam sunt, erit morbus, siue in constitutionibus naturaliter se habentibus, in ijsdem pter naturam se habentibus erit morbus, siue in affectibus, in his ipsis erit & inualetudo. Neque enim profunda ulla spectatiōe ad hoc ē opus. Tā

tum ſufficit nõ eẽ pͧuerſum. Nã quis obſecro dubitet ſi uidere ſanitas ſit, morbũ eſſe, uel cecutire, uel oĩno non uidere? Quis nõ itelligit, ſi audire ſa= nitas ſit, nõ eſſe morbũ, uel egre audi re, uł prorſus nõ audiř. Pari mõ ſi cõ coq̃re bona ualetudo eſt, uel male cõ= coquere, uel plane nõ cõcoquere, in= ualetudo eſt. Et ſi ſuo aliquẽ arbitrio moueri ſanitas eſt, utiq; morbus fue= rit, & cõuulſio, & palpitatio, quẽ pal mon uocãt, & neruoꝝ reſolutio & tre mor, & deniq; quicq̃d uoluntariũ mo tum uel penitus deſtruit, uel etiam im pedit. Ad hæc ſi natura iter ſentire ſa nitatis opus ſit, inſẽſibilitas, & uicio ſus ſenſus, & ſtupor, & dolor ægritu= dines erunt. Rurſus ſi ordinare reſpi= rare ſanitas eſt, utiq; ſpirãdi defectus uel inequalitas morbus eſt. At qui ſi bi morbi ſunt, dubiũ non eſt particu larum affectus, ex quibus hęc edũtur morborum eſſe cauſas, nec oportere aut phlegmonem, aut ſcirum, aut eri ſipelas, aut abſceſſum, aut ulcus, aut tumorem morbos dicere. Contraq;

si hæ ægritudines sunt, manifestũ est, nullũ illorũ esse morbũ. Quippe duo rerũ gñra sunt nusquã inter se simili um, sed omnifariã dissidentiũ, & tota natura differẽtiũ, alterũ horum generũ corpus uocant, alterum actionem. Ergo oculus, & lĩgua, & auris, & crus atq; id genus singula corpora sũt cer to mõ affecta, uisus, auditus, sermo, incessus actiones eorũ sunt corporũ. Si itaque, in certo quodam corporũ habitu ęgritudo constituitur, certe in certo quodam actionũ habitu non sta tuetur. E diuerso si in hoc morbus cõ sistit, planum rursus est in corporum affectu nõ esse. Verum quod affectus ipse causa sit, actio uero id qđ ab effe ctu corporis efficitur, id uero est qđ pͥ ter cetera, & fatendum medico sit, & obseruãdũ. Adeo quisquis hoc igno rat, is in re labitur, quæ planæ est ex necessarijs. At qui uel actionis lesionẽ uel corporis affectum aliquo nomi ne appellat, quamq̃ parum conueni enter nominat, potest tamen de re bus ipsis rectam habere sententiam.

Duo genera eẽ q̃ tota natura dissideãt.

Contingit autem non ex nominum, sed rerũ recta opinione, ipsa cõmoda morboꝶ curatio. Iã hoc ipsũ multos medicoꝶ ignorãtes inuenias putãtes ꝙ in rebus dissidere eos, q corporum affectus morbos eẽ cẽsent, ab iis qui in actionis uitio eosdẽ ꝯstituãt. Atq̃ hoꝶ hoĩum errorũ, q & sæpe iã dicti sunt, & post dicent, unica causa est ꝙ q inuenire qduis logice sunt aggresi nõ fuere ĩ logica methodo, exercitati sed simul ueluti ratione cogitatione que exercitati fuissent, ab experientia desciuerunt, simul cum in is inexercitati essent, magnopere sunt lapsi. Siqdem milies eos de noibus, tanq̃ de rebus litigantes iuenio. Rursum ubi rẽ quampiam maximã ignorarunt, nomen se ignorare putãtes, ueluti in eo quod nũc est propositũ, discernere nequeunt, corporis quidem statum, causæ rõnẽ sustinere, actiõem eius quod ab eo perficitur, sed nec'ꝙ sanatur id esse corporis affectum Quippe comitatur necessario hũc naturaliter se habentem, naturalis actio. Cõtra si a na

ſtura recesſerit, ut actio ſtatim præter naturã ſe habeat, porro in hoc tantũ uertiť eſtq̃ hoc principiũ ac ueluti pri mũ quoddã elemẽtũ oĩs methodi q̃ de medẽdo iſtituiť. Geteꝝ an hoc ip̃m appellare morbũ oporteat an actiõis uitiũ id eſt de nomĩe dubitare. Dicemus aũt aliquid & de nominum uſu ſicut in alijs prius iã fecimus. Verum nũc de ipſis nõ diſtiguo. Quo uideli cet hoc ip̃m rerum fide magis cõpro bẽ oſtẽdãq̃ quodnam ſit huius q̃ me dendo methodi principium & radix.

In quo cum alij multi ex ijs qui ratio nales ſe dogmaticoſq̃ appellant tum uero probi iſti methodici ſunt falſi. Atq̃ illud quidẽ ijs q prudẽtes ſũt iã quodãmodo apparet nihil esſe aliud quod a medicis curetur quam corpo rum affectũ ueluti ꝓximo libro mõ ſtrabitur. Nunc illđ nobis propoſitũ erat ut ignorantiam eorum corrige remus qui quot ĩ uniuerſum res ſint quæ ín præſenti diſputatione proxi mæ inter ſe habeãtur ignorant. Vide tur enim unũ harum genus eẽ ipſoꝝ

redit ad ꝓpo ſitã Que res ĩ pñti diſ putatõe ꝓ xime in ter ſe ſint

corporum, alterum actionũ. Ac corporũ quidem genus præcedere actiones, easque gignere, has uero sequi, idque si corpora naturaliter se habeant inculpabiles, naturales. Sin preter naturã sint affecta aut nullas prorsus aut omnino certe impeditas. Tertiũ præter hæc genus est causarũ, quæ hos affectus creant Nã quã rationẽ habet affectus ad actionẽ, hanc alterũ quippiam ad ipsum affectũ omnino habeat oportet illo dũtaxat euariãs, quod affectus cũ actiõe una cõsistit, nec põt usque aut proba actio esse sine corporis naturali affectu, aut uitiosa, nisi cũ corpus sit uitio affectum. Eius aũt affectus qui actionem impedit, causæ possunt quidem non etiam esse, possunt autẽ & adhuc manere. Ergo diuersæ omnino ab affectibus causæ sunt. Ac tertiũ hoc iã inuentum genus diuersum est, & ab actiõe, & eo qui hanc gignit affectu. Ab hoc quartum aliud genus est eorum quæ cum corporibus, & naturaliter, & præter naturam se habẽtibus insint actionibus, nec cõmodant, nec incõmodant.

cōmodant. Sicut exēpli cauſa: color corporis ex diuturna in ſole mora niger ex cādido factus: aut cōtra ubi ꝓ ſatus in umbra quis fit; ex nigro candidus: aut ruber lauātib': aut pallidus timētibus. Quippe hæc nec actiones ſunt: nec corporis affectus: qui ſint actionis cauſæ: multoq̄ minus ipſę cauſæ; q̄ affectus; q ꝑter naturā ſunt: creent: ſed ſymptomata. q̄ diuerſas corporū alteratiōes neceſſario ſequunt: ſiue hæ ſecūdum naturā: ſiue præter naturā, ſe habeāt. Ergo cū quattuor definita genera iam ſint. Ex quibus uel noſcendis: uel non noſcendis probe ſecuſue incipiendam eſe medendi artem: monſtrabimus liceat de cætero cuiuis; prout uolet; ijs nomina iponere: ueluti affectum corporum pręter naturam ſe habētem: cū actionem aliquam uitiat: morbum ſi placet appellato. Ipſum uero functionis uitium: iſigne quoddam morbi ſymptoma. Que alia ratione accidunt. Ceu colores; ea quoq̄ ſi uolet appellato ſymptomata. Cęterum ea diſtin

Quatuor ſibi ꝓxima genera

guat a functionũ uitio, atque si hoc in
duplex signe morbi simptoma uocet illa fa-
sympto miliaria ꝓpriaq; nominet. Quędã eti
mata uel am præter hæc, si uolet, nec familiaria
etiã tri- nec propria, sed forte quadam incidẽ
plex du tia. Quartũ uero ab iis genus statui
plex cã to, quod sit insalubriũ, siue (ut ita di
cã) morbificarũ causarũ. Atque harũ
quæ quidẽ in ipso animalis corpore
cõsistunt, internas nominet, quę extri
secus, externas, nisi malit, ut nũc uul
gus medicorũ insueuit, illas antece
dẽtes, has primitiuas uocare. Positis
autẽ pro arbitrio uel hoc, uel illo mo
do nominibus, dũ modo clare, & ex
usu legentiũ, nec mutet postea, nec al
teret eorũ usum, sed ꝑpetuo per om-
nẽ disputationẽ obseruet, quo et quę
dicat, facile intelligamus, & refutatio
nes, redargutioneſq; omnes ad aliqd
clarum, distinctũq; referamus. Qua-
liter inqs & ad quem modum? Nã id
quoq; indicandum adhuc arbitror ꝓ
pter stupidos istos methodicos. Nẽ-
pe esto dicat aliquis phlegmonem af
fectũ esse ꝑter naturã, ipsam uero le-

ſam, phlegmone laborãtis particulæ functionẽ, morbi iſigne ſyptoma ueluti pedũ quidẽ leſum, igreſſum oculorum, uiſum auriũ, auditũ. Ruborẽ autẽ, & tenſionẽ, & renixũ, & tumorẽ qui præter naturã ſit, ac phlegmonis ſuccedat diuerſum quoddã genus ſiue ſymptomatum ſiue accidẽtium, ſiue quo alio nomine appellare malit, illud modo ſciat clareque definiat, nõ eſſe idem genus cum uitio actionis. Rurſus ſanguinis redundantiam (ſi forte hæc fuit) internam phlegmonis cauſam, externam uero ciborum abundantiam. Ergo ſicuti ipſe exempla ſermonis habendi clara poſui, & quatuor genera diſtinxi, ac notiones eorum dixi: ita & theſſalo arbitror faciendum fuit, præſertim poſt to:, & tantos uiros, quos ſe uiciſſe prędicauit, nouam ſectam condituro. Nũc uero nec ipſe apertum quicquã attulit, nec ſectatorũ eius quiſquam. Olympicus enim cum auſus ſit definire quid pathos ſit, non eius, ſed ſymptomatis retulit notionem. In

summa igitur nec qd pathos sit, nec quatenus a morbo differat, itelligũt. Veruũ hoc nos in sequẽtibus docebimus simul enim omnia dici non possint. Verũ concesso iis idem esse morbum ac pathos, inspiciamus ea quæ dicit Olympicus pathos inquit est cõuersio corporis a naturali habitu, in eum q pter naturam est permanens. Post paululum progressus, sciendum ait est, differre a symptomate pathos quod pathos ut paulo ante dixi, affectus corporis sit præter naturam permanens, symptoma quod huic accidit, quodque in iis quę præter naturã sunt, specialẽ, ac magis etiam particularem figurationem habet. Hæc est egregia interpretatio sapientis Olympici, qui pathos ac symptoma finire ẽ ausus. Quæ sane tot uitiis scatet, ut mihi in mentem ueniat illud, stulti ad cribrum negãtis inuenire se quid eius obturet. Quid enim primum ex ipsis dicas, aut quid omittas? Quippe omnia refutare, quæ perperam sunt dicta, longum sit. Num omnis

n olim picum.

Stulti ad scribrũ.

mutatio ab eo ꝙ secundum naturam se habet, ad id quod præter naturam est, morbum censetis, si modo per manentia illi adsit. At uos tum coloris uitium, tū atrophiā, id est affectum, ī quo corpus nō nutritur, symptomatis nequaquā morbis adnumeratis. Quid autem cacochymia, idest uitiosus succus. Quid cachexia, idest malus corpis habitus. Quid succi defectus. Quid uero ipsa redūdatio, nōne præter naturā sunt. Si ergo pmanētia his accedat, inter morbos numerabūtur. Atq nec ipsi id uultis, & merito sane. Etenī supra id qđ præter naturā sit affectus, adijci oportet etiā aliquā ab eo ledi actionē. Nā quoad illesæ hæ omnes seruātur, etiā si millies corpus sit alteratū mutatūqꝫ, nullus tamē eorū affectuū morbus ē. Qđ enim curationē desyderat, aliud plane non est, quā affectus qui uitiat actionē. Si quidē quod primū maximeqꝫ desyderamus, id naturalis ē actio, propter hāc & naturalem siue affectum, siue constitutionem nominare uelis,

Nullū affectum morbū esse prius usquā actionē ledat.

Quod primū desideramus: id actō

ipsa est. Quod ꝑ hāc & secundo naturalis affectus.

Videre nāq;, & audire, & loq;, & ingredi indigemus, non autē oculis, aurib' lingua, aut cruribus. Nā si uidere alia particula liceret, quis oculorū esset usus? Et si alio quouis instrumēto audire liceret, quæ aurium esset utilitas? Pari modo & lingua, & cruribus, minime ꝑfecto esset opus, si loqui. atq; ingredi sine his possemus. Ac uidere quidē nostra ipsoꝝ causa indigemus. Oculis non nostra, sed ideo, ut uideamus. Iam eni linguā, aures, crura, nō ꝓptera requirimus, ut instrumētis, & multis afficiamus partibus, sed loquelæ gratia, & auditus, & incessus. Quippe demortua q̄uis particula, quæ abscindi potest, ueluti digitio, pede, aut summa manu, nō patimur hanc ociosam gestare, ac ueluti pōdus alienum circūferre, illud clare hoc ipso declarantes, haud quaq̄ nos particulis illis sed functionib' egere. Veluti igit' totā particulā actionis causa requirim' eodē (arbitror) modo naturalem quoque eius constitutionem actionis gratia desideramus, Sicuti enim supra di

ximus, causæ uicẽ ad actionẽ constitutio pręstat. Quę uero cõstitutionẽ, unde actio nascitur necessario sequũtur, sanis quidẽ nobis accidentia, ægrotãtibus symptomata nuncupantur. At qꝫ hæc quatuor genera sunt, omniũ quæ in corpore nostro habentur, seu secũdum naturã nos, seu præter naturam habuerimus. Actio cõstitutio, q̃ has præcedũt quæ sequũtur, his deinc nomina, q uolet, iponito. Singulis seorsum, ac si Dionẽ aut Theonẽ appellare uelit eoꝝ quodlibet mea nihil referet, illud mẽ itellegat seruetq̃ ubiq̃, quatuor in uniuersum res esse, q̃ sitæ inter se ꝓxime sint. Et qm̃ huc sermonis ueni, uideor mihi hoc iuste exigere ut sicuti nos illis ꝑmittimus, q̃ uelit noĩa inderẽ, ita illi iuicẽ nos usitatis, & antiquis uti sinãt. Alioq sane graue atq̃ adeo iniuriũ sit, si illis solecismũ cõmittere tyrãnoꝝ ritu licebit, nobis uel græce uel latine loq nõ cõcedet. Vocãto si placet sanitatẽ, ipsaꝝ fũctionũ cõstãtiã. Quãq̃ ostẽsũ a nobis ẽ, affectũ cõstitutionẽq̃ ꝑtiũ, cui⁹

Que accidentia & que symptomata.

ope functiones secũdũ naturã edim, sanitatẽ ab omnibus appellari. Atq; id cũ statuerint sanitatẽ, morbũ tamẽ censeto nõ actionis uitiũ, sed qui prę ter naturã sit affectũ. Tanq̃ ergo nos illos nec græce, latine ue, nec dialecti= ce nominãtes, nõ impedimus, ita illi nobis permittãt, & græce, latine ue, & dialectice non omnẽ qui præter na turã sit affectum, sed qui actioni incõ modat, morbum nominare, qui præ= ter naturã sit, nec tamẽ actionẽ obtur bet, nõ morbum, sed morbi sympto= ma Rursus sicut illi permanentiã adij ciunt, nec indicant q̃ horas eiusmodi affectus moratus morbus sit censen= dus, ita illi nobis cõcedãt, illud pma= nentiæ nomen subtrahere. Nã si quis siue trib' horis, si ue quatuor siue ho ræ tantũ dimidio, toto corpore uehe= mẽter sit arreptus, sic ut neq; sentiat, neq; moueatur, hũc nos apoplectõ si ue attonitũ dicimus. Æq; si q̃s cõuul sus toto corpore sit, hunc ẽt comitiali morbo laborare, nulla nec horaꝝ, nec dieꝝ ratiõe habita. Quippe noia id ge

In thes= salum.

nus, naturæ rei, nō tēporis modi sūt inditia. Non aliter quā albū, & nigrū, & calidū, & frigidū, alioqui mirū me hercule sit, si qua calida, calida nō sit, nisi perpetuū diē talis perduret, aut q sex horis febricitauit, nō febricitaue= rit, oportuisse enim ut febricitauerit, durasse malū. Quāq qđ tēpus id sit, quod duratione illā iusta ne fuerit, an secus determinet, nemo eorū tradi dit. Vtrū ne dierū aliqs numerus sit, an mēsium, an horarū, aut cur dura= bilē dicant, cum licuerit diuturnū di= cere, aut cur hoc quidē mutantes, nō nulli eorum difficile solubilē dicāt. At certe hoc non generaliter morbi, sed longi morbi propriū est, perinde ac facile solubile, breuis. Verum exi= stimare referre egre solubilem, an du rabilē, an diutinū dixeris, nōne extre= mæ est ruditatis? Iam illud profecto magis mirum, quod ipsi ueluti a gra ui somno exprecti distiguere pathos a symptomate aggrediūtur, cum au= thor stupiditatis eorū in secundo de methodo sic scribat. Eadē namq; cū

præcedũt, pathe dicuntur, cum succedũt, symptomata, q̃uis etiã lõge mirabilius hoc ipsum sit, quã ea quæ ab illis dicũtur, utiq; iocinoris phlegmonẽ, si primo statim die irruat, pathos esse cõcedere, sin alteri cuipiam, secundo, aut tertio die succedat, abire ĩ symptoma. Quanquã quid diẽ secũdam memoro. Cũ melius sit horam secundam ab inuasione dicere. An enim in secundo die phlegmone iocinoris in symptoma migrabit? in secunda ab initio hora nõ migrabit, nec symptoma erit? Cũ illud saltem quod est alicui, ꝙ præcessit superuenire illi omnino cõpetet. At quod tam celeriter insquiunt superuenit, ab eo quod una irruit, nõ distat. Rursum igitur dictum ab illo clare oportuit, quod horis determinet distinguatq;, quod superuenit, ab eo quod una inuadit. Ac Thessalus quidem eiusmodi est Olympic' uero, ceu in arcem ipsam sapientiæ euectus, nõ ita pathos a symptomate discernit, sed pathos id esse quod dictum est, symptoma uero quod huic

In Olympicum.

